

Venerabili Fratri

Iosepho Anfossi,

Episcopo emerito Augustano, quintum et vicesimum ab episcopali ordinatione complenti feliciter annum, magnopere gratulamur, qui sacros ministros curaverit ac dilexerit ecclesialemque communitatem sapienti gubernio episcopali administraverit, potissimum in iuvenum familiarumque beneficium, dum copiosam a Domino remunerationem ei efflagitamus atque, intercedente sancto Anselmo, Benedictionem Apostolicam libenter impertimus, orationem pro Nostro Petrino munere fructuose exercendo postulantes.

Ex Aedibus Vaticanis, die XVIII mensis Decembris, anno MMXIX.

Franciscus